

contrarium est: quia matrimonium institutum est in remedium vel officio: sed multi inepti sunt remedium vel officio vel propter impotentiam vel obligationem ad continentiam: ergo &c. **R**esponso. Dicendum est primo quod matrimonium pluribus modis potest impediri. Secundo videndum est quot & quibus modis impediat. **P**rimum patet sic. Omnis effectus qui constituitur ex causis impedibilibus potest impediri: sed matrimonium constituitur ex causis impedibilibus: scilicet ex consensu contrahentium in quem potest incidere multiplex impedimentum: ex parte consentientium: ergo matrimonium potest multipliciter impediri. **Q**uantum ad finem dicendum quod quedam impedimenta sunt de necessitate matrimonii: quedam vero de solennitate solum. Sine illis qui sunt de necessitate nullum est matrimonium: sed sine illis qui sunt de solennitate matrimonium impeditur matrimonium contrahendum: quod non bene fit quando sine eis fit: tamen non dirimitur contractus: quia sine eis est verum matrimonium quod nunquam dissolvitur nisi per motum carnalem vel spirituale: vel dictum fuit prius. **H**ec autem sunt duo interdictum ecclesie & tempus feriarum: ut habetur in illo versu. Non solum: sed impedunt vetitum ferias. **M**issio autem illorum que sunt de necessitate matrimonii impedit matrimonium contrahendum & dirimit contractum: quod si nullum est matrimonium: quod omittitur aliquid quod est de necessitate: hoc autem sunt multa quorum numerus & sufficientia potest sic haberi. **I**n matrimonium enim est considerare contractum & personas contrahentes: contractus fit per voluntarium consensum: qui consensus potest impediri per violentiam vel per ignorantiam persone vel conditionis. Et sic sumuntur tria impedimenta matrimonii: scilicet coactio: error: personae: error: coactio tria. Persona vero contrahens potest impediri a matrimonio contrahendo vel simpliciter respectu cuiusque persone vel respectu alius cuius rationis. **S**impliciter: hoc est quia impeditur ab actu matrimonii quod contingit dupliciter. Uno modo quia omnino in actu non potest: & sic potest impedimentum in potentia coeundi. Alio modo quia non licet potest: & hoc quia ad continentiam obligatur vel ex officio suscipit pro & sic est impedimentum ordinis: vel ex voto emissio & sic est impedimentum voti. **S**ic autem aliquis impeditur a matrimonio non simpliciter sed respectu alicuius persone hoc potest esse vel propter obligationem ad alteram personam sicut qui vult matrimonium alteri tunc est non potest simul alteri coniungi matrimonialiter: sic est impedimentum matrimonii ligamen: vel quia deficit propter ad alteram personam. **E**t hoc tripliciter. **P**rimo propter nimiam distantiam ad ipsam: sic est disparitas cultus. **S**ecundo propter nimiam propinquitatem: sic ponitur triplex impedimentum: scilicet cognatio que importat propinquitatem duarum personarum ratione tertie & quia originalis descendit affinitas que est propinquitatem duarum personarum ratione tertie in matrimonio iuncte: et publice honestas iuxta in qua est propinquitatem duarum personarum ratione tertie iuncte per sponsalia. **T**ertio impeditur matrimonium inter duas personas propter indebitam coitionem eorum precedentem. **E**t sic impeditur crimen adulterii prius commissum ne adulteri contrahant: adnunciam: de quibus impedimentis dicitur postea magis in speciali: hoc autem impedimentum in his versibus continetur. **E**rror: conditio: votum: cognatio: crimen. **C**ultus disparitatis: ius: ordinis: ligamen: honestas. **S**i sis affinis si forte coire nequeas. **H**ec socianda vivunt: connubia iuncta retrahant. **A**d primum argumentum dicendum est quod si nullus impediat a matrimonio simpliciter quoniam licet ei cum aliquo contrahere nisi habeat impedimentum nature vel frigiditatis: vel nisi assumptum impedimentum voluntarie. **E**t qui vult solenniter: aut ordinem sacrum suscipit impeditur tamen qui voluntaria impeditur vel non possit contrahere cum qualibet sed cum determinata: hoc modo sunt plura matrimonii impedimenta. **A**d secundum dicendum quod illud quod fit a deo immediate sine causis secundis non potest impediri: hoc autem est ab eo cooperantibus secundis potest multipliciter impediri: scilicet si est de matrimonio quod licet sit a deo institutum coepletur tamen cooperatione causarum secundarum propter quod multipliciter impeditur.

Et cum impotentia ad actum matrimonium non impedit matrimonium.

Questio. ii.

Secundo queritur: utrum impotentia ad actum matrimonium impedit matrimonium.

Responso. Et videtur quod non: quia matrimonium est perfectum dato quod non sequatur actus matrimonialis: ergo illud quod solum impedit actum non habet impedire matrimonium: sed impotentia de qua loquimur solum respicit actum: ergo non impedit matrimonium. **I**tem sicut impotentia impedit actum matrimonium ita voluntas continentis: sed voluntas continentis non impedit matrimonium: patet inter Mariam & Ioseph: ergo nec impotentia. **I**n contrarium arguitur sic: quod nullus potest obligare ad impossibile: sed per matrimonium quilibet coniugum obligatur ad reddendum alteri debitum: ergo qui non possunt reddere debitum non possunt se obligare ad matrimonium. **A**d idem dicitur extra de frigiditate & maleficiis. cap. quod si puer qui non potest reddere debitum non est aptus coniugio si impotentia minime capiat ad contrahenda matrimonium reputatur. **R**esponso. Distingendum est de impotentia quia est una naturalis alia accidentalis: quilibet istarum vel est perpetua vel naturalis. **N**aturalis impotentia est triplex. **U**na in viro scilicet frigida: et alia in muliere scilicet arctatio vel alius impedimentum naturalis membri: ut habetur de frigiditate & maleficiis. cap. ex litteris. **T**ertia est defectus etatis in viro: vel in puero. **A**ccidentaliter vero impotentia contingit ex duobus scilicet ex maleficio vel ex sectione seu castratione que locum habet solum in viro. **H**oc autem

impedimento: ut frigida: & arctatio quibus non potest subueniri opera medicorum sunt perpetua impedimenta: ut habetur in preallegato cap. similiter sectio: castratio: & maleficiis quod deleri non potest: temporalia vero impedimenta sunt frigida: & arctatio quibus potest subueniri maleficiis quod potest deleri. **H**is suppositis dicendum est primo quod omnis impotentia naturalis vel accidentaliter sit perpetua et antecedens matrimonium impedit ipsum contrahendum et dirimit contractum: non autem si sit temporalis. **S**ecundo videndum qualiter cognoscatur impedimentum esse perpetuum & qualiter sit procedendum ad diuortium. **R**atio primi est: quia per matrimonium transfertur corporis vnus corporis coniugio in alterum quo ad reddendum debitum ut habetur. j. l. c. vii. sed nullus potest transferre in alterum illud quod non habet: ergo qui non habet potestatem reddendi debitum non potest cum altero contrahere matrimonium quod est intelligendum quando impotentia peccat: si enim sequatur matrimonium prius rite contractum non dirimit ipsum: si etiam impotentia esset temporalis est postea medicis beneficio subuenire non dirimeret ipsum. **Q**uantum ad secundum scilicet qualiter probatur impotentia: sciendum est quod quidquid cognoscitur probatione vera per aspectum corporis: ut in castratione vel in vel arctatione mulieris vel probatione presumpta quodam triennio cohabitantes et bona fide acuti carnali operam banc non potuerunt se cognoscere & tunc aut viros propter periculum collusionis viros iurabit quod bona fide operam dederunt nec concunire poterunt: cap. septima manu propinquorum eorum tantum & personas cognoscitur: ut habetur. xxv. q. j. cap. Quod autem interrogasti. **D**e his requisitis: aut alter confitetur & alter negat: tunc aut vir provocat ad separationem aut mulier: si vir incumbit ei probatio vxore negante: quia vir actor est. **E**t actor non probante reus est: si nihil obliterit obtinebit: si mulier provocat viro contrarium asserente credetur viro: quod caput est mulieris. xxv. q. j. si quis accipit. **N**isi mulier asserat corpus velit probare virum mentitur: separatione vero facta causa frigiditatis datur vxori licentia contrahendi frigidus vero sine spe coniugii remaneat: quod si contrahat et secundum cognoverit cogatur redire ad primam: quia constat ecclesiam fuisse deceptam in iudicando perpetuum impedimentum quod fuit temporale ut habetur extra de frigiditate & maleficiis. ca. laudabilem. **Q**uando vero sit diuortium ratione maleficii datur viro licentia contrahendi ut habetur. xxv. q. j. cap. super fortissimas in fine. **E**t causa est: quia frigiditas est impedimentum generale respectu cuiuslibet personae: propter hoc qui impotens est ratione frigiditatis respectu vnus impotens est respectu cuiuslibet alterius: sed maleficiis est impedimentum particulariter respectu vnus: ideo conceditur quod possit alteri nubere: sed si redierit potentia postea cognoscendi primam reintegrabitur matrimonium: quia constat ecclesiam fuisse deceptam: quando vero propter arctationem mulieris separatur matrimonium: mulier debet remanere sine coniugio. **S**i vero nubat alteri: quo cognoscatur nunquid integrabitur primum matrimonium. **D**icendum est quod si sit primus vir & secundus sunt similes nature & complexionis: quod si sit mulier est cognoscibilis a scdo sic fit cognoscibilis a primo: scilicet loquutione decretalis titulo picallegato. cap. fraternitatis. si vero sunt complexionis nonabiliter distant ratione cuius mulier nunquid fuisse cognoscibilis a primo immediate per ipsum: licet efficiatur ei cognoscibilis per ipsum secundi non debet primum matrimonium reintegrari quia mulier arcta simpliciter inepta est ad contrahendum cum illo a quo immediate non potest cognoscere: enim est licitum ut fiat ei cognoscibilis per alterum. **A**d primum argumentum dicendum quod impotentia perpetua non solum impedit actum sed & obligationem in qua consistit essentialiter matrimonium: quod nullus potest transferre in alterum id quod non habet nec habere potest. **P**er idem patet ad secundum: quia voluntas continentis impedit solum actum et non obligationem: impotentia vero impedit utrumque.

Sententia huius. xxxv. distinctionis in generali & speciali.



Mo etiam notandum. Superius

determinavit magister de impotentia coeundi que actum matrimonii impedit: hic determinat de separatione: hoc propter fornicationem que similiter actum matrimonium tollit vinculo matrimonii durante. **E**t diuiditur in duas. **P**rimo ostendit quomodo adulterium sequens actum matrimonium tollit vinculo matrimonii durante. **S**ecundo inquit in adulterium precedentem matrimonium & matrimoniale vinculum tollat. **S**ecunda ibi. **S**olet etiam queri. **P**rima in quatuor. **P**rimo ostendit quod viros coniugum potest alterum dimittere propter fornicationem: quando ipse est a fornicatione immunis. **S**cd ostendit quod hoc non potest fieri quando ipse similis sententia subiacerit. **T**ertio ostendit quod neutri coniugum post separationem factam licet alteri nubere propter matrimonium vinculum remanens. **Q**uarto inquit vtrum propter fornicationem dimittere vxorem sit necessarium: an licet cum sibi retinere. **S**ecunda ibi. **S**i vero queritur. **T**ertia ibi: si quis autem fornicationis. **Q**uarta ibi. **D**icit tamen Joannes. **X**ylolomus. **I**n speciali autem sic procedit: et proponit primo quod sit sententia licet viro causa fornicationis vxorem dimittere ita eadem causa in ipsa licet vxori virum dimittere: quod auctoritatibus probat. **P**ostea dicit quod illud dictum sit intelligitur quod ille qui dimittit mulierem crimini non subiacerit: adultera autem adulterum dimittere non potest causa fornicationis quod auctoritatibus probat. **P**ostea dicit quod si causa fornicationis fuerit facta separatio non potest mulier ad aliam copulam con-

Articu. j.

Articu. j.

Articu. j.

Articu. j.

Articu. j.

Articu. j.

Articu. j.

Articu. j.

Articu. j.

Articu. j.

Articu. j.

Articu. j.